

1544

rium , pro quo tantum laborum , impensarum , ac molestiarum insumpserat , Gallis collaturum ; mirandumque videbatur , Cæsarem Britannico fœdere , Germanicæ gentis robore subnixum , in Gallico solo victoria elatum , ad eas conditiones pacis descendisse , quibus victus potius , quam viator videretur , Rege illius , quod bello nunquam assenti potuerat , compote per concordiam facto , ut necessitate coactum cum Rege transfigisse plerique crederent ; neque diuturnam pacem fore arbitrarentur ; cum verendum esset , ne , ut sunt Gallorum subita , atque novarum rerum cupida ingenia , Mediolani imperio parto , eo minime contenti , latius in Italia dominari , ac extincta fere Neapolitani regni jura , novo hoc principatu aucti , rursus exsuscitare vellent ; cum Allobrogum Duci , licet pristino imperio recepto , tot vires non sufficerent , ut Regi posset obſtare , atque in affidua rerum suarum hæſitatione , & metu versari cogeretur . Interea , dum pax inter Cæsarem , ac Regem agitaretur , Britanniæ Rex a consiliis pacis alienus Bononiam expugnaverat , atque Anglicis præſidiis confirmaverat ; Motrellumque oppidum valde munitum aggressus , magna vi oppugnare cœperat . Cum universæ fere Gallorum copiæ Cæſaris metu liberatae eo contendissent , Rex , Motrello relictus , Bononia commeatu , ac bellicis apparatus munita , Caletum , inde in Angliam proficiscitur , universis Gallorum copiis , Delphino Regis filio Duce , Anglorum discedentium vestigiis ita insistentibus , ut novissimum pene agmen consequerentur , multisque sarcinis exuerent , conversisque signis , Bononiam inopinantem adorirentur .

Chariadenus a Gallos dimissus Italia oras diripit.

Antequam pax confecta esset , post annum , quo Provinciam multis incommodis , atque oneribus affecerat , Chariadenum dimittendum Rex censuit . Is a Stechadibus insulis ad Sabatia vada , mox ad Ilvam insulam contendit ; inde Telamonem delatus diripuit ; Herculis portum incendit ; Orbattello frustra tentato , Egelium insulam vastavit , oppido expugnato , multos mortales captivos fecit ; indeque in Aenariam insulam directo cursu exſcensione facta , omnes propemodum incolas in servitutem abduxit . Eadem acerbitate in Prochytam usus , in Puteolanum ſeſe ſinum invexit , Puteolosque expu-

gna-

*Bononia ab
Anglis ex-
pugnata .*

*Henrici
Regis in
Angliam
reditus .*

Chariadenus a Gallos dimissus Italia oras diripit.